

Dominus Olauus Canonicus ecclesie nostre tenetur pro annona prioris anni primum pro uidua in hyrwa XII. oras. pro vicino vidue ibidem marc. den.

Dominus Hemmingus Canonicus tenetur fabricie XII. oras. pro vno equo recepto ab Ecclesia.

Heredes nicolai obsa *sunar* tenentur pro debito quod idem nicolaus contraxit in curia XXV. tur. grossos cum dimidio quo valent in pecunia nostra XX. oras denar. vel circa. vasa .II. argentea & cochlearia vendebantur in curia. pro LXX. tur. grossis & dominus Suno Crül tenetur in .V. Marcis. Christina mater josph in XII. oris tenebatur que exposuerat predium in stabby equiualens. Ignoro si soluit nec ne.

Serskildt: Ex parte fabricie tenemur Ecclesie Kalmari quinque marcas. Cuidam paruulo silicet stephani lapicide, in quatuor marc. Ecclesie dalby in dimidia ora terre. valente tres Marc. denariorum.

1033.

1291 d. 21 Jan.

Nils af Gandagra Bref om pantsättning af sin fastighet Rephem till Örebro kyrka för 21 mark silfver till betalning af sin Herres, Lagman Knuts skulder.

A. 3. x. 1.

Uniuersis christi fidelibus ad quorum noticiam presentes littere peruenierint .N. de gandagram salutem in omnium saluatore Nouerint vniuersi me .XXI. solidos terra in repem curia mea pro debitis domini mei .K. legiferi silicet .XXI. marca puri argehti Ecclesie in ørabro impignorasse infra festum pasche sequentis anni persoluedis alioquin eadem Ecclesia extunc possideat terram perpetuo supradictam hac condicione subacta quod pro qualibet marca puri Ecclesia recipiet solidum terre vel .III. or marcas & .II. oras denariorum & si terra mea ibidem ad ecclesiam deuoluatur heredes predictj dominj mei tot solidos terre sicut ecclesia de me habuerit mihi restituent in skýberghum Actum plurimis Nobilibus presentibus et consentientibus Domino Thyrnero legifero wermelandie domino M gregorij quondam filio Domino Leonardo quorum presentibus apposita sunt sigilla etiam VIII. discretis testibus Jstud secundum leges terre confirmantibus petro stýrberni filio haquini de thygbøle Johanne de myrom Laurencio de býrcum hnigingo de ørabro Laurencio quondam Jnguari filio petro capellano & magno dicto quast Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi M^oCC^oXCI^o. Die sancte agnetis virginis.

Sigillet N:o 1 bortfallet; de öfrige 3 skadade.